

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Carmina in laudem B. Mariae Virginis multorumque sanctorum**

**Brant, Sebastian**

**[Basel], [nicht vor 1494]**

De numero et ordine sestiu

[urn:nbn:de:bsz:31-290354](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290354)

Cōfluit huc Rhenus Metis: & Lothoringica tellus  
Huc coit & quiqui rura propinqua colunt.  
Aduena longinqua veniens regione viator  
Hic finem voti percipit: inde: redit.  
Ergo tibi grates agimus pia virgo benignas  
Quod miseris confers diua salutis opem  
Tu facis omnigenā gentem: populūq; per orbem.  
Quod prece concelebrent numina sola tua.  
Per te sola salus: per te spes sola miseris:  
Et sine te par est vitaq; morsq; reis.  
Quod te per sobolemq; tuam: sobolisq; parentē  
Comprecor: ah pigeat ne meminisse mei.  
Brant tuus hoc offert donū tibi virgo minister:  
Qui te dum superest carmine vita canit.

**D**e numero et ordine festiui  
tatum gloriose virginis. .S. Brant.

**M**ore maritarū purgas te innoxia matrē.  
Et capis a fumo nuncia leta deo.  
Visere anū pperas. de hinc scandis ad ethera: toto  
Corpore: quē dudū nasceris ipsa solo.  
Te genitrix templi gressu presentat anili.  
Concepit tantā quē sine labe deam  
Hinc tu diua parens: magnū (mirabile dictu)  
Enixa ex sacro es flamine / virgo deum.  
Et qui te genitor celumq; / solumq; creauit  
Hunc paris: intacto corpore virgo manens.  
Quem precibus mitem fac o pia: crimine ab omni  
Nosq; laues miseros: sordidulos q; reos.

C